



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

**Parisiis, 1644**

Concilivm Tribvriense Anno Domini MXXXV. Celebratvm tempore Benedicti  
papae IX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15625**

CONCILIVM TRIBVRIENSE  
ANNO DOMINI MXXXV. CELEBRATVM  
tempore Benedicti papæ IX.

ANNO  
CHRISTI  
1035.

N O T A.

\* *Concilium.*] Anno supra signato magnam Synodum Triburensem collectam esse testatur Hermannus in chronico quod ex codice Augustano nuper edidit Canisius. Acta eius summatim describuntur in chronico Cameracensi lib. 1. cap. 51. his verbis: *Triburia secus Moguntiam imperator Conradus de diuersis partibus episcopos conuocauit, ut que utilitatis & religionis sunt adiuvicem conferrent. Qui post aliqua dictorum suorum hoc habuerunt capitulum, ut si quando ieiunium primi mensis in ea hebdomada, qua constat caput ieiunii, sicut solet euentre, amborum ieiuniorum celebritas officii expletione completeretur. In hoc rursus moderatissimus pastor antiquam patrum consuetudinem seruari monebat, & in altera hebdomada officium primi ieiunii celebrandum pro consuetudine antiqua censebat: cuius oblata sententia visa est congrua, & ab iis decreta est tenenda.* Hæc chronicum Cameracense prædicto loco.

CONCILIVM VENETVM,  
IN CAVSA DISCIPLINÆ ECCLESIASTICÆ  
celebratum anno Christi MXL. sub Benedicto papa  
IX.

ANNO  
CHRISTI  
1040.

N O T A.

\* *Concilium Venetum.*] Hoc Concilium, assistente & fauente Dominico Flabanico duce Venetiarum, celebratum est Venetiis in ecclesia sancti Marci sub Vrso patriarcha, in quo, teste Andrea Dandolo in suo breui chronicò, pleraque ad disciplinam ecclesiasticam spectantia constituta fuerunt.

VITA  
GREGORII PAPÆ VI.

ANNO  
CHRISTI  
1044.

Gregorius  
VI. quando  
& a quibus  
electus:

REGORIVS, huius nominis sextus, cui antea Gratiani nomen erat, anno Domini 1044. tempore regnantis Henrici secundi a Romanis tamquā ecclesię Dei